

78 N 14 [137]

AD  
VIRUM ILLUSTREM & EXCELLENTISSIMUM  
DOMINUM,  
DOMINUM  
WOLF. DIETERICUM  
BOSEN,

Dynastam in Grandleben/  
SERENISS. DVCIS SAXO-MERSEB. CONSIL.  
INTIMVM AC VICE-CANCELLARIVM,  
ET RELIQUA,

DE  
EO QUOD IVSTVM EST  
CIRCA

*STRENAS AC VOTA NOVI ANNI,*

Occasione L. unic. de Obl. Votorum.

DISSERTATIO EPISTOLICA,  
QVA PRÆVIA

MECAENATI OPTIMO

NOVI ANNI AVSPICIA FAVSTA FORTVNATA QVE ESSE  
IVBET

Joh. Christ. Leonhardi.

MERSEBURGI, Typis Christiani Gottschikii.



Kapsel 78 N 14 [137]

AK

X3165526

Typ. Joh. Friedr. Conk.  
Lit. et offic. post. offic.  
Halle.



VIR ILLUSTRIS ATQUE EX-  
CELLENTISSIME

Domine Gratosissime,



Um jam nouellae lucis auspicia gratulari, dum solennia TIBI uota scribere patro, ex legibus argumentum arcessere a mei simili alienum non est. Sentio enim ac plane persuasum mihi habeo, legum potius, quam caeterarum artium ingenuarum rationem nunc mihi esse reddendam. Neque in instituto meo leges me destituunt. A Juris enim conditoribus de uotis anni auspicialibus atque strenis festiuis non praetermissam esse cogitationem reperio. Lenim unica Cod. de obl. uotorum ita sese habet. *Quando uotis communibus felix annus aperitur, in una libra auri & solidi obryzati Principibus offerendi deuotionem animo libenti suscipimus. Statuentes, ut deinceps sequentibus annis uniuersiusq; sedulitas, Principibus talia inferat semper & deserat.* Verba legis, argumentum & usum spectare iuuat. De anno nouo seu anni initio sermonem praecipue esse in propatulo est. Quin uero & reliquae anni partes secundo loco intelligendae sint, quae nomen saepe accipiunt uel à natalibus uel nuptiis uel uictoriis uel aliis Principum gestis, dubium non uidetur; cum & ea pars anni uotis saepe profsequenda, similiq; solennitate peragenda sit, & noui anni nomine pariter à scriptoribus crebro commemoretur. Seneca appellabat diem suscepti à Nerone imperii nouum annum, initium seculi felicissimi. *lit l. 7. Cod. de Fer.* inter festos dies referuntur lucis auspicia uel ortus imperii i.e. tempus, cum quis ad imperium peruenit. Suscipiebantur quoque uota pro abitu & reditu Principis *Suet. in Tib. c. 38.* Maxime tamen, quod incipiendum non est, in legibus celebrantur uota & solennia hac nostra lege commemorata, cum qua conspirat *l. 233. ff. de Reg. Jur.* ubi dicitur: *post Kalend. Ianuarias die tertio pro salute Principis uota suscipiuntur.* Caeterum qui plures grati euentus publicae hilaritati inferuire solent, *l. i. Cod. de publ. Læer.* afferuntur, ut bella si desinant, si oriuntur uictoriae fastus, si bonos datus fuerit regalium uel consulum uel trabarum, compositaeque pacis erit offerenda tranquillitas, si sacros uultus inbianibus forte populis inferimus &c. Ubi quidem in transitu obseruandum, uultus sacros de imagine Principis, quae ad ciuitates & regiones mitti solebat, accipiendos; secus quidem acc. Accurs. Gothofred. in h. l. adnotauit, deque Principis aduentu intellexit.

Locus



Locus enim *Ed. Basl. L. 10 56. Tit. 17. c. 65.* uertit ἕνα λαβράτον καταγγίλων i. e. fi lauratum seu imago Caesarea transmissa fuerit. Imo proxime ad mentem legis accedit *Opiatus Miluit. Lauratis*, iniquis, & iconibus, quae mittuntur ad ciuitates uel regiones, obuii adeunt populi cum cereis & incensis, non cere perfusam tabulam sed imperatorem honorantes. *Conf. du Fresne Gloss. V. Laurata.* Sed jam cum uotis & donis auspicialibus res mihi est praecipue. Vota suscipiebantur communia seu publica. *Iust. Martyr. in Apol. 2. inf.* uocat ἑσχάς κοινάς communes preces, & olim quidem meo iudicio conuenientius, ubi τὸ publicum in rebus sacris non adeo in usu erat. Idque peragebant Sacerdotes pro salute & incolumitate Principis, populusque ex more acclamabat. Sic Alexandro Senoero acclamatum est, *DII TE SERVENT. Ael Lampr in Alex. Sev.* Sic Claudius exceptus: *CLAUDI AUGUSTE, DII TE SERUENT; TERES PUBLICARE-QUIREBAT PRINCIPEM; TE, AUT QUALIS TU ES, SEMPER OPTAUI MUS.* *Trebell. Poll. in Claud.* Ex Imperatoribus Graecis de Michaele, Theophili Filio, constat, quod similes preces nomine suo suscipiendas edixerit, ἑθλω, βασίλειος ὑπὸ πάντων ἐνομήσεισαι ἀς βασιλίου, uolo Basilium ab omnibus cu Imperatorem felicia uota suscipere, *Goar. not. in Codin. f. 132.* uid. plura de ejusmodi uotis in *Plin. 20. Epist. 9. 44. seqq. Tertull. in Apologet.* Verum Imperator noster hinc uotis addi cupit Deuotionem offerendi in una libra auri & solidi obryzatis, eamque quotannis sedulitatem experiri amat. De *Solido obryzatio* seu obryzo non omnium eadem est sententia. Aliis quasi ophirizum ab insula Ophir scribitur, atque de auro puro, quod in ea regione eruitur, accipitur, sein oder gediechen Gold. *Decimas. hac uoce.* Alii à uoce ἄπυρον deriuant, quod ignem non expertum est & quod statim suum est, ut ait *AGRICOLA de Fossil. 8. 3.* Poëta quidam canit :

*Atque hinc Obryzon conciso nomine uulgo  
Æra uocat largis Ophyrae producta caernis,  
Asti alio dicunt Ophyram nunc nomine Peru.*

*BRVNEM. in Comment. ad b. l.* libram auri a solidis obryzatis non distinguit, sed istam libram ex 72 solidis l. nummis obryzatis consiciendam fuisse docet, ut ita primis uocibus mensura; & reliquis, in casu absoluto positus, genus monetæ praescriptum esse uideatur. Quicquid eius sit, de argumento legis nunc quaerendum; utrum Princeps hac lege necessitatem offerendi quotannis nec plus nec minus inducere, an tantum liberalitatem deuotorum subditorum circumscribere uoluerit, ne praescriptam mensuram excedant. Istud *KLOCK. de Erario l. 2. c. 601 n. 10.* Hoc autem *PEREZ. ad hunc tit. n. 4.* tuentur. Quanquam autem deuotionis offerendi & sedulitatis uniuscuiusque mentio fiat, quae nomina mollia satis, magisque ad promptitudinem subditorum quam ad Imperatoris cupiditatem pertinere uideantur, uocabula tamen *statuentes & semper* satis superque euincunt, Imperatorem firmæ legis uim huic consuetudini imponere uoluisse, quamuis nihilominus sub sedulitatis deuotionisque dulci nomine. Quicquid enim statuitur, legis uim habet, nec Princeps leges condunt ad retardandos subditos in promptitudinis & deuotionis tramite. Atque haec quidem sententia eo magis consistit, quod ista offerendi sedulitas a Maioribus, uti historiae loquuntur, tradita, longaque consuetudine firmata fuit, quae tandem praescriptionis ope in legem degenerauit. Id autem a iure non abludivit, etiam ad donationes & liberalitatem quem cogi possit. Quamuis donari demum dicatur, quod nullo iure cogente conceditur. *L. 82. ff. de R. J.* Neque alias ignorans nec inuitus quisquam donet. *L. 10. Cod. de Donat.* & nemo presumatur facile suas pecunias iactare. *L. 25. de Prob.* nihilominus quarundam donationum in iure ea est conditio, ut, uel inuitis autoribus suis, exigi possint. Sic enim Sponsalitia largitas, uulgo *Morgengaba*, quae nouellæ uxori in compensationem delibatae uirginitatis a sponso offertur, donationis ac beneuolentiae nomen est, nihilominus iure exigi ac peti posse a uiduis nobilibus leges statuunt. *Const. Elect. 37. p. 3.* quamuis ipsae dotem nullam secum attulerint. *HARTM. PIST.*



p. 2, qu. 13, n. 36, in fine. Sic Principes natu priores, qui iure terras haereditarias soli nanciscuntur, Principes fratres bonis alimentariis, (Appanage) foreores dotare ornare coguntur. SPRENG, in *Luc. Imp. in adj.* ad pag. 205. Donare atque dotare uel inuitus cogitur possessor feudi uirginem nobilem, ubi alia bona non suppetunt. MEV. p. 3, D. 367, n. 2. LVDW. *Tr. Feud.* p. 157. Quemadmodum filialis liberalitas exercenda a stupratore aduersus stupratam. BERLICH. P. 5, *Concl.* 38. Huc pertinent quoque ea humanitatis officia ac liberalitatis, quae in praebendis alimentis praesent oportet Parentes liberis; l. un. §. 5, *Cod. d. rei uxor. alt.* l. 5 §. 1. n. d. al. lib. liberi parentibus. *Nov.* 89 c. 13. Coniux coniugi l. 22. §. 8. ff. *sol. matr.* l. 13. *Cod. de relig.* Frater fratri a. l. 1 §. 2. ff. *de iur. & rat. distr.* l. 12, §. 3, l. 13 §. fin. ff. *de adm. iur.* CARPZ. P. 2. C. *Elect.* 10 d. 19. Cognati cognatis a. *Nov.* 115. c. 3. §. 12, 13. CARPZ. L. 4. *Risf.* 59, n. 9. §. 99. Magistratus pauperibus, expositiuis aliisque miseris. l. 12. C. de *SS. Eccl.* a. l. 10 ff. *de R.* 7. Ita quoque comparatae sunt Eleemosynae, quas quidem re uera spontaneas esse oportet, nihilominus tamen earum autores ad eas erogandas a Magistratu compelli possunt. *Struw. Dissert. de Facultate uendi reb. alien. in extr. necess. casu* it. l. 12 §. 2. *Cod. de SS. Ecclesiis* cf. *Ord. Pol. tit. von Bettlern und Waiskinderen/ de An. 1549. tit. 34 1548. tit. 26. 1577. tit. 17.* Inter ueteres Anglo-Saxones nota erit lex ab Rege Ethelredo sancita, ut cuius a singulis carrucis (carolis) denarius pro pauperibus exigebatur. Quidni quoque ea coacta liberalitas dici mereatur, cum tempore summae necessitatis populus conferre iubetur, quicquid uel argenti uel auri superest. KLOCK. *de Contr.* c. 1 n. 231. c. 3. Imo Princeps & Magistratus compellere possunt creditores, ut debitoribus uel remittant debitum uniuersum uel partem uel usuras. l. 7. §. final. l. 8. ff. *de pactis.* CARPZ. P. 2. C. 22. d. 72. 28. aut certe exactiorem debiti ad certum tempus, interpositis literis moratoris, differre iubentur. CARPZOVIUS, P. 2. *Consl.* 3. *def.* 46. Item, cum sumtibus studiorum collatio remittenda; ut & sumtibus in honorem Doctorem, Licentiae, Magisterialem & Notarii acceptis a l. 1. §. 16. ff. *de Collat.* CARPZ. P. 3. C. 11. d. 17, 18. Ex l. 32. ff. de *Conditione indebiti* inuita liberalitas erui potest, cum statuitur, quod res indebita per errorem piae causae soluta repeti nequeat. cf. l. 15. *Cod. de neg. gest.* PHILIPPI *Usus Pract.* §. 13. *Eclog.* 92. Ita quoque de Patrono beneficium Ecclesiasticorum notum est, in eius potestate situm non esse, uel seruari sibi beneficium uel partem uel uacuum istud relinquere quamdiu libuerit. His multa de gratitudine, quae pariter ad officia humanitatis pertinet, in iure tamen quandoque necessaria est, adiungi possent, si quidem mihi iam liceret esse prolixo. Quanquam autem ea beneuolentiae officia ita comparata sint, ut iure imperfecto debeantur, necessitas tamen publica, consuetudo, pacta, rei fauor, aliaeque conditiones mutare interdum rem solent. Et si ad stenas domaque anni auspicialia redeundum, quae a Principibus quotannis, ut legis, quae prae manibus est, exiguntur, generatim Doctores, quos magno numero adducit KLOCK. *de Contr.* c. 2. n. 96. indicant, consuetudinem in imponendis oneribus publicis attendendam, alias ad soluendum nouum quid neminem compellendum. Annuas autem praestationes, quae beneuolentiae causa a subditis praestantur, longa consuetudine & praescriptione firmari, iustumque titulum inducere posse. Hodie adhuc notum est nomen *donorum gratuitorum* uti in tota fere Europa; ita in Gallia potissimum. Eaque eorum est conditio, ut populus ad ea, cum restiterit, ferenda compelli possit. Initio quidem uti BODINVS *de Republica* commemorat, ea dona fuisse arbitraria constat, temporis tamen diuturnitate debiti naturam induerunt. Et Galli quidem ueteres Reges suos adgebant, ut sacramentum se obstringerent, se, sublatam temporis necessitate, tributa quoque & collectas sublaturos: *Le Guide fidele des Etrang. dans le Voyage de France, p. 161.* Sed praeter nomen iam nihil reliqui. Ordo sacer immunis non est, maxime post Bonif. VIII. Papae Edictum huius tenoris: *dass außser dem König in Frankreich / sonst keinem Kayser / Könige oder Fürsten in Zeit der Noth frey stehen soll / von den Geistlichen etwas unter dem Nahmen einer Hülfse / eines Anlehns oder Geschenkens zu nehmen.* Clemens V. Papa istud Priuilegium confirmauit, atque Henricus II. Rex A. 1557. ordinarios constituebat receptores donorum gratuitorum



rum ab ordine sacro prosectorum, *De la Serre Inventaire General de l' Histoire de France, T. III 1557. Du May dans le prudent Voyageur disc. 10.* Imprimis hodie Languedociani & Provinciales cum Ordine sacro nomen doni gratuiti adhuc teneant; voyés le Mercure historique A. 1705. M. M. In Suecia doni gratuiti nomine tempore creationis Regiae aurum coronarium, veterum Romanorum exemplo, conferri solet quod & in creatione Regis Prussiaci observatum est. A. 1705 offerrebat urbs Dantiscum, quod de Polonorum more notandum, famoso illi Stanislao, iam patriae hosti, sub aduentum in urbem, mille aureos doni gratuiti nomine; ille vero poscebat decies tantum, *Relat. hist. ad eum annum.* In Saxoniam notum est nomen doni gratuiti sub titulo donativ- oder Praesent-Gelder. Alle 6, 5, 4. oder auch 3. Jahr wird ein allgemeiner Land-Tag oder zum wenigsten ein Deputation-Tag des engern oder weitern Ausschusses von der Ritterchaft und denen Städten gehalten und auff solchen zu des gemeinen Landes Wohlfarth und Erhaltung eine gewisse Summe Geldes durch den Churfürsten von den Städten begehret auch von diesen mehrentheils nach verschiedenen Deliberationen bewilliget/ ic. die von Adel aber / als die vornehmsten haben dabey die Ehre / daß ihnen keine notwendige Last oder Steuer / sondern freywillige Praesent Gelder zu zahlen auferleget wird ic. Ubi simul notandum, hocce debitum personam tantum comprehendere, atque post mortem uasalli non ab haereditibus feudi sed aliodiorum solui solere, *vid. Decisio Electoralis XXXII.* In aula Magni Mogolis alius mos ab Happelio in der Chats = Kammer ausharratitäten nobis traditur: Dieser pfleget an denen beyden höchst-eyerlichsten Festen / nemlich an seinem Geburtstags- Tage und Neujahrs- Tages und zwar auff jedem besonders / seine Rätthe und Diener mit einigen Kleinigkeiten / die er ihnen zuschickt / zu beschenken; Welche hohe Gnade diese hingegen mit denen größten Geschenken wieder vergelten / und also ihres Fürsten Gnuß gleichsam erkauffen müssen. Sed quid jam de votis pro Principe soluendis dicendum? Et ea imperari posse dubium non est. In jure Principis, quā superior est, comprehenditur, inferiorem ad quodvis uirtutis officium ab eo cogi posse *conf. Got. 7 B. II 253.* Pro salute ac incolumitate Principis uota antiquitus suscepta esse supra ex Pl. Epist. I. monuimus. Principum ac Regum potestas populo semper cara ac sancta esse debet. *I. Sam 26. 9 Rom 23. 11. Petr. 2. 131 r. Tim. 2 & Principis salute ipsius reipublicae ac populi salus nititur, unde nihil in teris sanctius haberi debet. Quid pulcrius à ueteranis audiri potuisset, quam illud: AUGUSTE CONSTANTINE, Deus Te nobis seruet, VESTA SALUS, NOSTRA SALVS, uerè dicimus, jurati dicimus l. v. Cod. de ueteranis.* Imo quae frequentior in solennibus inaugurationibus uox, quam illa, quae uinere diu Principem jubet. Sic clamatum est: *Vivat Leopoldus Caesar.* Thulden. ad Ao. 1658. fol. 274. Sic Angli acclamant. *God blesse the King, God save the King.* In inaug. Caroli II. *Diar. Europ. Cont VI. f. 36. seq.* Sic Itali: *Viva Papa Clemente X. uiva casa Altezri Ibid. Cont. XX. App. f. 10.* Id maxime notabile in iudiciis apud Anglos, cum Majestas Principis laesa est. Post peractum in capitale iudicium auditur: *God saue the King;* & peracto supplicio, executor supplicii, ostensis cadaueris frustulis, proclamat: *God saue the King.* Imo tyrannis & asperioribus Principibus ita acclamatum est. Nouum exemplum in Aula Seach Regis Persiae occurrit. Ejus Amita, cum imprudenti joco foecunditatem suam & sterilitatem Regis tetigisset, Rexque ob id commotus filius ejus capita amputari iussisset: *Bene se habet,* generose respondit, *Rex diu uiuat.* Vor solchen unerhofften erschrocklichen Anblick bleibet das Weib verstummet und verstarret stille sitzen; Als sie aber siehet / daß der König sein Gesicht mit grimmigen Geberden verstellet / und dadurch ihr auch gleichsam den gegenwärtigen Tod dräuet / fällt sie zu Boden / küßet ihn mit zittern den Füße und sagt: *Es ist alles gut, der König lebe lange.* *Olear. itin. Pers. L. V. c. XXIII.* Politicorum non infrequens doctrina est, etiam malo Principi uitam appre-



apprecandam esse. Nullum Regem, ajunt, tam immitem aut asperum fingi posse, quin per illum melius sit Reipublicae quam per illum eadem. Vid. Jac. R. Angl. Jur. lib. Mon. f. 105. & diff. de tyrann. c. 11. §. 9. Non est hic sine ratione populi irribusque consensus sic amandi Regem, quem omnes tam supra se esse, quam pro se sciunt, cujus curam excubare pro salute singulorum atque uniuersorum quotidie experiuntur; immensa haec multitudo unus anima circumdata, illius spiritu regitur, illius ratione flectitur, pressura se ac fractura uiribus suis nisi consilio sustineretur. SENECA. Clem. L. 1. c. 111. Praeterea cum summa potestas circa res ecclesiae & speciatim liturgiam, ad Principem pertineat SCHILT. Jur. Can. l. 2. t. 1. §. 25. dubium non est, quin & uota pro se, suaque incolumitate suscipienda ordinare possit. Exercent principes, ut argumento praesentis legis, de hodierno usu loquar, jus indicendi & constituendi ferias sacras vel diuinas humanasque DN. STRYK. U. M. tit. de Fer. Exercent jus instituti litanias allgemeine Fasten Tische und Bethen Täge! ibid. cit. l. 5. in not. ad Lauerb. Comp. tit. de Fer. uerb. status imperii. Adornant horas canonicas s. precatórias SCHILT. J. C. l. 2. tit. 1. §. 3. & externas circumstantias precum publicarum pro potestate sua Principem disponere posse exemplo suo edocuit Rex Sueciae Carol. XII. Edictum ejus A. O. 1705, d. 6. April. emissam, omnibus subditis ejus injungebat, ut, quoties publicis in congregationibus oratio dominica recitanda esset, omnes ad cultum diuinum congregati genua flecterent & sic summa animi humilitate Regem Regum Deum, omnium moderatorem uenerarentur & adorarent. Ipse Schiterus c. 11. t. 2. tit. 1. §. 26. lit. a. testatur, Sereniss. Duces Saxoniae ante Reformationem, jus precum publicarum exercuisse. Dn. Thomaf. de jure Principum circa adia. ph. c. 1. §. 11. in ea est opinione, Principem Catholicum territorii sui subditis Aug. Conf. addictis iniungere posse, ne preces contra Papam instituant, neq; ita cantilenam: *Und steyr des Pabsts und Türcken Mord, cantent.* Atque ratione quidem carere non uidetur ejus sententia, neque etiam contra Instrum. Pacis religiosae esse dici potest, cum Principis hac de re constitutio nec uiolet conscientiam nec Augustanam Confessionem, non illam, quia est *1648*, non hanc, quia Augustana confessio eam formulam pro articulo fidei non agnoscit. Sicuti quoque Turcae mentio ejusque depraedationum, pacis tempore, ubi per amicitiam ciuilem omnia tranquilla facta esse existimantur, dura aliquantum esse uideri potest. Sed & in aliis rebus, quoad uota publica potestas principis eminere solet. Vota pro se exigere praerogatiuae summae uerrius est; atque ad jus perfectum pertinet, mentionem sui in uotis deponere. Fundamentum huius iuris doctores alii in diuina ponunt constitutione 1. Tim. II. 2. alii in gentium obseruantia, quoniam moris quoque apud gentes fuerit publica autoritate imperare ea uota Schilt. J. C. l. 2. t. 1. §. 26. Ad ius Episcopale, seu iurisdictionem Ecclesiasticam respicit CARPZ. in Juriapr. Eccl. l. 2. d. 260. n. 6. & CASP. ZIEGL. de Jur. Maj. l. 1. c. 17. §. 4. quod quidem facile admitti posse putatur, modo ea iurisdictione ecclesiastica ab ea potestate, qua imperium ciuile gubernatur, non admodum distinguatur. Princeps enim, qua Princeps est, iurisdictionem ecclesiasticam secum trahit, eiusque potestas non nisi ab obiecto suo, circa quod uersari solet, non a gradu seu specie distinguenda est. Vi huius potestatis disponit princeps, pro quibus uota instituenda, ut pro Coniuge, Matre, liberis, fratribusque aliis; ex quibus perspicuum est, non omnes, pro quibus uota sunt, habere ius ea exigendi, sed omnia haec dependent ex moderamine summae potestatis. Interdum, qui ius confraternitatis habent, uota pro se exigunt a Principe territorii regente, putatque STRYCK. de Successione ab intestato. Diff. 8. pacta illa operari aliquod ius reale, ut ita facta quaedam traditio intercedere uideatur. Sed hac in re potissimum spectandus est pactorum ipse tenor. Appanagiatorum Principum etiam fit mentio in uotis publicis, protectorum, possessorum, qui principatus tenent iure antichretico, imo hostium, qui patriam occupant. In eo tamen non nisi uolentiae bellicae ceditur. cf. STRYCK. de Jure familiar. c. 4. n. 10. Interim princeps titulis superbiere potest in uotis publicis.

DE-



DEDECKEN. in *Conf. Theol.*, Vol. 1. M. 3. S. 2. n. 13, atque sic merito nominari sub clausula: Unsern gnädigen Landes-Herren/ Jhro Durchl. Jhro Königl. Maj. &c. STRYCK. in *not. ad jus. eccl.* BRUNNEM. III. 1. c. 6. m. 6. §. 8. ut & referuare suo honori ac dignitati certos in ecclesia hymnos, quale est celebratissimum istud Epinicum s. hymnus Ambrosianus, qui sub uocibus initialibus TE DEUM admodum notus est. Hac Principis autoritate considerata, quidni quotannis quoque sub auspiciis restaurati anni, uota, ut natalibus diebus solet, pro se impetrare possit; imo accidit ut, uel iniussu eius, prima sacerdotum ad populum concio solenissimis semper pro Principe repleta sit uotis. Sed plura hac occasione exordiri exiguitas spatii non permittit. Siquidem deueniri nunc posset ad strenas priuatorum, deducique, quid in iure de illis sancitum, quid coniux coniugi, anni noui nomine a. l. 31. §. 8. ff. d. *don. int.* V & Ux. CARPL. p. 2 C. 13. d. 20. quid parentes liberis, quid alii aliis donari possint; notatu digna est *Ord. Polit. d. A.* 1612. It. 1661. ubi dicitur: Ferner soll auch dem Rathen im geringsten kein heisser Christ/ Neu-Jahr/ grüner Donnerstag/ oder wie es sonst Nahmen haben mag/ an Kleidung/ Gelde/ Geschmeide oder andern Sachen gegeben werden. Sed cum ego tantum ad legem praesentem *Cod. de Obl. uotorum* prouocauerim quae solum de Principe loquitur diuagari latius nolo.

Atque haec prolixius differendi audacia inconsulta admodum & abnormis esse uideri potest, Tuaeque imprimis, EXCELLENTISSIME BOSI, quem nunc alloqui propius exordior, patientiae onerosa. Enim uero praesentis fortunae meae ratio id exigere, tempora mea id ferre existimaui, propterea quae in spem uenire coepi, quicquid hoc sit conaminis, placido lumine exceptum iri. Lex pertractata ad uota pro principe me manu duxit; Princeps ad uota pro uenerandis Principum Proceribus me uocat. Imperator Constantinus generosa uoce declarat: *Iustissimos & uigilantissimos iudices publicis acclamationibus colandandi damus omnibus potestatem l. 3. Cod. de off. Rect. Pr. it. l. 1. Cod. de Quaest. & Mag. off. & com. S. larg. & rei pr.* Sic à Principibus discimus, quo loco habendi summi Viri, quorum cura salutis publicae Consiliisque superum sacra. Pars sunt Celsissimi corporis a. l. 7. *Cod. ad L. Ful. Maj.* Patres sunt & amici Principis *L. diui frat. 17. ff. de l. Patr. & l. 4. Cod. de contr. stipul.* Tuque, EXCELLENTISSIME BOSI, Postquam Tua TE uirtus Principum summis grauissimisque negotiis & interiori Regentum Ministerio admouit, carum ipse quoque factus es nomen Principi, populo, bonis. Illi reipublicae bene sit oportet, cui DEUS talem tantumque Virum commodauit, quem ad immortale decus grassantem, nec labor nec studium; nec curae nec uigiliae; nec ardua quaeque morantur. Publico bono uiuis, patriae salutis & ornamento uiuis, laudesque tuae, ut quidem nosse omnes difficile; ita tamen in spatioso famae theatro tam pulcrac sunt, quam raras tuas dotes. Hanc ego Constantini legem lubens



bens arripio, hoc nouae lucis jubar strenue amplector ad  
debitum piac uererationis tributum TIBI, VIR PRINCI-  
PUM amicitia dignissime, persoluendum. Virtutem ubi  
gentium inuenero, ueneror; summorumque virorum grati-  
am uel non magni facere uel non appetere magnopere, de-  
missi puillique animi est. Diem noui, quo, pandentibus  
uiam fatis, uenerandos lares Tuos salutare, quo gratiose audiri,  
honori mihi erat. Haec uestigia TUA, haec fastigia TUANON  
terrent, sed egregie animum augent. Miris es & plenus hu-  
manitate, atque uenientium timidam spem in uenerabundam  
conuertis admirationem; diem ego noui & albo calculo no-  
taui. Imo praeclare porro mecum actum esse putabo, cum  
obsequia TIBI mea grata esse coeperint. Aggredere ergo felici-  
titer aperti anni nouos dies, aggredere & aetatem age Tu o  
loco dignam, omniumque coeptorum consiliorumque exitu  
utere felicissimo,

DII TE SERUENT, SENATOR FELICISSIME,  
DII TE NOBIS DEDERUNT, DII CONSERUENT.

VIUE DIU CURIAE,

IN QUO CONSILIO REGNAS;

VIUE PATRIAE,


IN QUO MERITORUM GLORIA TRIUMPHAS

DII TE PERPETUENT, SAPIENTUM

OPTIME.

*Orto sint anno TVa Bosl, prospera fata;*

*Bosla gens praesta; Bosla CresCe DoMVs.*





78 N 14 [137]

AD  
VIRUM ILLUSTREM & EXCELLENTISSIMUM  
DOMINUM,  
DOMINUM  
WOLF. DIETERICUM  
BOSEN,

Dynastam in Grandleben/

VCIS SAXO-MERSEB. CONSIL.  
AC VICE-CANCELLARIUM,  
ET RELIQUA,

DE  
QUOD IUSTVM EST  
CIRCA

AC VOT A NOVI ANNI,

sgone L. unic. de Obl. Votorum.

RTATIO EPISTOLICA,

QVA PRÆVIA

ENATI OPTIMO

PICIA FAVSTA FORTVNATAQVE ESSE  
IVBET

oh. Christ. Leonhardi.

BVRGI, Typis Christiani Gottschikii.



78 N 14 [137]

AK

165526

Typ. Joh. Friedr. Conk.  
Lit. et offic. gravissim.  
Halle.

